

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11776

2149

C O D I C E S

2150

*Ad antiquam dignitatem
Crux reduxit omnia.
O Crux lignum triumphale,
Mundi vera salus ave! *
Inter ligna nullum tale
Fronde, flore, germine.
Medicina christiana!
Salva sanos, aegros sana,
Quod non ualeat vis humana,
Sit in tuo nomine!*

Quae asterisco notavi, nitorem horum Rhythmorum deturpant. Et fortasse prior illa Stropha tota irrepit, et linea *Mundi vera salus ave*. Utraque enim liquido eliminari potest. Tò *Moysis* tribus syllabis proferendum est.

DCCCXCVIII.

R. 2140 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 19. fol. max. magnifice nigro rubroque charætere luculentissimo exaratus continet *D. N. J. C. Passionem secundum Mat-*

*Assistentes crucis laudi,
Consecrator crucis! audi,
Atque Servos tuae crucis
Post hanc vitam verae lucis
Transfer ad palatia.
Quos tormento vis servire,
Fac tormenta non sentire,
Sed cum dies venit irae,
Nobis confer et largire
Sempiterna gaudia.*

thaeum quatuor Vocibus in usum, ut videtur, Capellæ Caes. aulicæ illigatam, Notisque musicis subscriptam Accedit de eadem Passione Canticum eodem modo adornatum ab egregio Compositore. Versio germanica non optimi commatis. Ita Versus 8. et 9. C. XXVI. *Ut quid perditio haec?* Potuit enim unguentum istud vendari multo &c. sic redditus: *Wot zu dienet dieser vrath? Dieses wasser bette mocht teuer vor kaufft werden.* Canticum ita incipit: *Conclusio:*

*Dank sey unserm herren Ihesu Christo,
Der uns erliset bat durch sein leyden von der Helle.
O Ihesu Christ! Dein Nham der ift so gwaltiglich,
Dafür auch sich ein iglich knie thut neigen &c.*

DCCCXCIX

U. 38 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 166. f. per duas columnas probe exaratus, rubro distinctus, literis initiorum, iconi-

smis et figuris quamplurimis picturatis decorus, et optimae notae complectitur sequentia: I. Schema tria *Tonaria*, quorum primo inscriptae Regulae hujusmodi metricae:

*Quique cantus ad octauas salit et ad decimam
Et ad quintas (a) finali poterit descendere.
Quando plage et autenti non sunt differentie
At autenti ad octauas competenter saliunt*

A